misisti; Et ego claritatē quam dedisti mihi dedi eis
ut sint unum sicut & nos unum sumus; Ego in eis & tu
in me ut sint consummati in unum & cognoscat mun
dus quia tu me misisti; Et dilexisti eos sicut & me
dilexisti; Pater quos dedisti mihi uolo ut ubi ego sū
& illi sint mecum; Ut uideant claritatē meā quā
dedisti mihi quia dilexisti me ante constitutionē
mundi; Pater iuste & mundus te non cognouit
ego autē te cognoui; Et hi cognouerunt quia tu
me misisti & notum feci eis nomen tuū & notum faci
am ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit & ego
in ipsis; HAEC CUM DIXISSET IHS Egressus ē cum
discipulis suis trans torrentem cedron ubi erat
hortus in quem introiuit ipse & discipuli eius;
Sciebat autē & iudas qui tradebat eū locū quia fre
quenter ihs conuenerat illuc cum discipulis suis
Iudas ergo cum accepisset cohortem & a pontifici
bus & phariseis ministros uenit illuc cum lanter
nis & facibus & armis; IHS itaque sciens omnia
que uentura erant super eū processit & dicit eis;
Quem queritis; Responderunt ei; Ihm nazarenū;
Dicit eis ihs; Ego sum; Stabat autē & iudas qui
tradebat eū cum ipsis; Ut ergo dixit eis ego sum
abierunt retrorsum & ceciderunt in terram; Ite
rum ergo eos interrogauit; Quem queritis; Illi
autē dixerunt; Ihm nazarenū; Respondit ihs;
Dixi uobis quia ego sum; Si ergo me queritis sinite
hos abire; Ut impleretur sermo quem dixit;
quia quos dedisti mihi non perdidi ex ipsis quemquā
Simon ergo petrus habens gladiū eduxit eū & per